Stimpson

THESIS

Stimpson
Aug. 1866

18045 / Nr. 5.

Lane Medical Library

DE

DIABETE MELLITO.

DISSERTATIO
INAUGURALIS MEDICA

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE

GRATIOSI

MEDICORUM ORDINIS

IN

ALMA LITERARUM UNIVERSITATE
GRYPHISWALDENSI

UT SUMMI

IN MEDICINA,

CHIRURGIA, ARTE OBSTETRICIA

HONORES

RITE SIBI CONCEDANTUR

DIE XIX. MENSIS APRILIS ANNI MDCCCLXVI

PUBLICE DEFENDET 1866

AUCTOR

AUGUSTUS STIMPEL,
SILESIUS.

OPPONENTIBUS:

WESSENDORF, DR. MED.
HARWART, CAND. MED.
SCHLIEP, STUD. MED.

GRYPHISWALDIAE

TYPIS FRID. GUIL. KUNIKE, REG. ACAD. TYPOGR.

W. Kühne: über das Vorkommen zuckerbildender Substanzen in pathologischen Neubildungen. Virchow's Archiv. Bd. XXXII. 1865.

Julius Vogel: Krankheiten der Harn bereitenden Organe. 1863.

F. Niemeyer: Handbuch der speciellen Pathologie und Therapie. 1865.

F. v. Recklinghausen: Auserlesene pathologische und anatomische Beobachtungen. Virchow's Archiv. 1864.

N. Friedreich: über das konstante Vorkommen von Pilzen bei Diabetischen. Virchow's Archiv. 1864. p. 476. ff.

De diabete mellito quum multi et egregii viri scripserint, inutile videri possit, quod ego banc dissertationis materiam sumpsi.

Quoniam vero hic morbus obscurissimus adhuc est, magni opinor esse momenti, novas quasque observationes divulgari, ut iudicio exactissimo examinentur.

In instituto clinico Gryphiswaldensi quum praeerat Rühle professor, diabetae melliti casus, plenus, ni fallor, utilitatis, observatus est.

Professoris Grohe, aperientis corpus mortuum, qui adiumento a professore Hugo Schwanert et Dr. Hertz allato in explorandis omnibus fere corporis organis usus est, comitate primum, quae tum apparebant res, denique, quae in corpore mortuo inventa sunt, mecum communicata et in usum meum tradita sunt, qua de causa gratiam ei habeo quam maximam semperque habebo.

Quum ad explorandos processus pathologicos organismi, ut processus normales satis cogniti sint, necessarium videatur, exponere conabor secundum

HASCE

STUDIORUM PRIMITIAS

SACRAS ESSE VULT

AUCTOR.

Libri quibus usus sum.

Griesinger: Studien über Diabetes, Archiv für physiologische Heilkunde. 1859. p. 48 ff. und 1862 p. 376 ff.

J. M. Schiff: Untersuchung über die Zuckerbildung in der Leber etc. Würzburg. Stahel 1859.

F. W. Pavy: Untersuchungen über Diabet. mellitus, dessen Wesen und Behandlung. Deutsch von W. Langenbeck. Göttingen: Vanderhoek und Ruprecht. 1864.

F. Grohe: Der Chylus ein Ferment. Greifswald. Medicinische Beiträge. 1864.

Clötta, Prf, in Zürich an Grohe Prf. zu Greifswald. 2 briefliche Mittheilungen vom 4. Decbr. 1864 und 2. Mai 1865.

Digitized by the Internet Archive
in 2026

https://archive.org/details/dediabetemellito0000augu

AMICISSIMO

THEODORO STOEBE

sententiam physiologorum nostrae aetatis, quomodo saccharum in corpore existat, mutetur et in usum corporis convertatur. Experimentis a Tiedemann et Gmelin factis primum demonstratum est, in digestione rerum amylacearum semper saccharum in tractu intestinali innasci et Magendie et alii saccharum, dum amylacia concoquuntur, in sanguinem traduci, declaraverunt.

Res illa multum processit, quum Claude Bernard ostendisset, etiam exclusis rebus amylaceis saccharoque, in organismo saccharum produci, et quum subtiliores fecisset observationes, hepar esse organon saccharum producens, ei apparuit. Invenit quoque et seiunxit ab aliis substantiam, quae in organismo normali et adulto non invenitur et quae variis fermentis, salivâ, texturâ pancreatis, diastasi et sanguine additis in saccharum immutatur. Paulo post eandem substantiam glycogeneam in diversis foetus organis et in quibusdam ultimis animalium ordinibus reperit: ascaridem dico lumbricoidem, cysticercum, coenurum, taeniam,

Hensenii observationes partim ante divulgatae, quam illae Bernardi, illaeque Schiffii idem, quod Bernardi, edocent. Constitutum ergo erat, amylum et saccharum mutari in corpore et ea lege quidem, quam extra corpus sequantur; completam vero mutationem non nisi fermento et temperaturâ rectâ additis fieri.

Deïn glycogenium hepatis mutari in saccharum per fermentum, quod sanguis secum ducit, constitit.

Quale sit illud fermentum et quae sit eius origo ab illis viris inveniri non potuit. Nostris diebus Grohe, quae sit summa quaestionum suarum de hac re habitarum divulgavit, et quidem in chylo inesse fermentum amylum, substantiam glycogeneam et dextrinum commutans in saccharum repererat.

Evenit quoque, ut alcohole absoluto et calcaria phosphorica praecipitaretur e chylo substantia, quae pariter ac chylus in saccharum commutavit amylum.

Attamen de separando fermento illo, ut inquisitiones plures instituantur necesse est. Quod attinet ad fermenti in chylo suspensi originem, Grohe invenit, chylum iam in vasis chyliferis, antequam in glaudulas mesenteriales venirent, fermentari, ex quo sequitur, in chymo fermentum oriri. Per ductum thoracicum fermentum ad sanguinem perducitur et hoc modo ad hepar venit. Diversissimorum vasorum sanguis saccharificat.

Nuper Pavy theoriam illam a Bernard constitutam, in qua in hepate formari saccharum dicit, repudiavit et ex quaestionibus suis in normali vitae processu saccharum in hepate formari et in sanguinem ex ea traduci negavit. Hisce fere verbis sententiae suae summam complectitur: „sanguinem venarum hepaticarum vivo homine non plus continere sacchari quam venam portarum.“

„Materiam glycogeneam, (quae rectius substantia amyloides nominari velit) in hepate ex saccharo, per endosmosin et exosmosin in sanguinem

Interdum mutationes ventriculi cerebri quarti inventae sunt (Zenker in Schmidts Jahrbüchern Vol. 114 p. 399). In casu nobis obiecto ventriculus normali magnitudine erat, ependyma tenue, pigmentatio substantiae griseae in parte superiore tenuissima, fundus exsanguis. Vasa sub ependymate sita turgida erant sanguine et paullatim dilatata. Hepar hyperaemicum saepe se praebet. In nostro casu, ut iam supra memoratum est, minus erat, quam solet esse, lentum, lardiforme, neque nimiam sanguinis multitudinem continebat. Lien erat parvus et laxus, parenchyma luridum. Renes hyperaemici amplificati inveniri solent. Nostro in casu ren dexter, propter inveteratam ureteris obliterationem in cystin pugillarem mutatus erat, ita ut ex eo tempore e sinistro modo rene, propterea hypertrophico, urina secreta sit. Membrana mucosa ventriculi et intestini nostro in casu uno eodemque modo erat turgida et in intestino tenui plurimi loci reactiones in substantiam amyloiden reddebant.

Notandum videtur nostro tempore crebras in pancreate abnormitates inventas esse. Ab de Recklinghausen duo referuntur casus, in quorum altero ectasia magna ductus Virsingiani, quam verisimile est obstructione canalis ortam esse factâ concremento ad magnitudinem fabae, animadvertebatur, praeterea textura pancreatis maxima ex parte parietem cystidis formavit. Altero in casu pancreatis parenchymatis locum textura hyperplastica adiposa obtenuit. (Virchow's Archiv 1864. p. 360 ff.)

Numquam adhuc tanta substantiae glycogeneae cumulatio observata est, quanta nostro in casu: in cerebro, in testiculis et praesertim in pulmone pneumonice infiltrato abundavit. Omnia paene organa Grohe, Schwanert professores et doctor Hertz exploraverunt. Quae ab his sunt inventa paucis exponam: Saccharum repertum est in hepate, liene (paucum), in renibus (multum), in pulmone pneumonice infiltrato (permultum), in sanguine cordis dextri (permultum), in carne cordis, in testiculis, in urina 2,3 %, et in liquore cystidis renis dextri.

Saccharum non inveniri potuit: in cerebro, in musculis thoracicis, in vesica fellea; quod quidem, quum serius vesica fellea disquireretur, haud perlucidum est.

Substantia glycogenea in cerebro addito creatino, in hepate (paucum), in testiculis, in pulmone pneumonice infiltrato (nimia multitudo) reperta est.

Saccharum simul cum substantia glycogenea in hepate, pulmone, testiculis inveniri potuit. Sola substantia glycogenea in cerebro, nihil substantiae glycogenea in liene, in rene, in musculis cordis, in musculis thoracicis, in sanguine, in vesica fellea, in urina, in liquore cystidis renalis et in sinistro pulmone, qui erat sanus. Quae a Grohe inventa sunt Kuehne (Virchow's Archiv Bd. 32. 1865) affirmavit, id modo non repererat, glycogeneam substantiam in hepate adfuisse. Hanc vero rem nullius momenti esse dicit, quum serius potuisset explorare hepar.

ceis, sed carne modo esis, auferetur. Nullo vero modo haec res ita se habet.

Quum Cl. Bernard invenisset, substantiam glycogeneam hepati inesse et mellituriam oriri, certo in quarto ventriculo cerebri sito puncto vulnerato, hoc modo mellituriam explicandam putat. (Clinique européenne 1859, Mars, Nr. 11. 12). Diabeten mellitum prodire e praevalenti nervorum cerebrospinalium, secretioni hepatis vi adhibita, pro sympathici antagonistae impulsu. Quod quidem oriri potest ex aucta fibrarum nervorum cerebrospinalium concitatione vel ex nervi sympathici debilitate. Qua de re sacchari productio nimis augetur in hepate, quae ad eum statum perduci potest, ut assimilatio vel consumptio sacchari in organismo adaequare non possit productionem et oriatur mellituria.

Hypersecretio illa termino anatomiae technico hyperaemia hepatis nominatur. Hanc quoque theoriam haud esse obscuritatis expertem neque completam omnibus apparebit. Ut illud unum tantum commemorem, diabeticorum hepar semper esse hyperaemicum non constat. Nostro enim in casu hepar normali statu minus erat, lentum, solidum, lardiforme, acini praeparvi, hyperaemia non aderat.

Deinde quoties hyperaemia hepatis invenitur in aegrotis, haudquaquam mellituria affectis? Ceterum theoria Bernardi nunc certe nullius est in praxi momenti, quum nec suppositae nervorum cerebrospinalium concitationi perversae moderari nec sympathici debilitati mederi possimus.

Ex sententiis suis de hepatis functionibus Pavy diabeten mellitum deducit ex hepatis corruptione, qua efficiatur ut et sacchari immutandi (in substantiam amyloidem) et impediendi, quominus substantia amyloides iterum in saccharum reducatur, amittat facultatem. Qualis sit haec hepatis perturbatio, quaeque res efficiant perturbationem illam se scire quicquam Pavy negat.

Quae a Grohe reperta a Kuehne affirmata sunt: inesse corporis diabeticorum organis multis glycogenium, novas de diabete quaerendi vias aperire possunt.

Cloetta prf. in epistola ad Grohe de hac re haec dicit: „Observationibus de glycogenii praesentia in diabeticorum organis primum a te factis mihi persuasum est, diabeten mellitum esse degenerationem multarum corporis texturarum glycogeneam".

Glycogenium quod, quomodo in texturis formetur nescimus, in hac forma persistere non potest, quum fermentis, quae sanguis elementa texturarum circumfundens continet, in saccharum celeriter immutetur.

Anatomia pathologica.

Nullae in cadaveribus diabeticorum constantes vel singulares inveniuntur notae, e quibus qualis naturae sit morbus eluceat. Consilia et cogitationes inprimis in ea organa relata sunt, quorum functiones persaepe habentur perversae: in medullam oblongatam, hepar, renes, canalem digestionis.

pervenienti, fingi et deponi in cellulis hepaticis.“

„Quae materiae glycogeneae in saccharum permutatio si esset a natura intenta, res se haberet hoc modo: Mutatio sacchari in glycogenium et iterum glycogenii in saccharum, quam iterationem a natura intentam esse, haud esse verisimile. Sanguini enim, in corpore sano minimam esse sacchari copiam mixtam nec in diversis systematis vasorum partibus ullam diversitatem animadverti posse.“

Quaestionibus suis accuratissime factis sanguinem venae portae a sanguine ventriculi cordis dextri, quod attinet ad sacchari copiam, discernere non potuit. In hepate saccharum nullum vel minima modo eius copia invenitur, si ita tractatur, ut status eius post mortem simillimmus sit vitali statui.

Quod efficitur, animali celeriter occiso, si hepar in aquam fervidam vel in mixturam gelu efficientem (Kältemischung) immergitur vel si hepar siphonis ope solutione natri carbonici perfunditur. Post mortem demum saccharum in hepate oriri Pavy affirmat.

Substantia vero glycogenea (amyloides, Pavy), si omni vi nititur, ut in saccharum commutetur, quid impedimento est, quo minus vivo corpore commutetur? Se ad hanc quaestionem sufficienter responsum dare non posse Pavy confitetur, sed spectandum esse putat, quomodo se habeat sanguinis fibrinum: id in organismo liquidum esse, corpore relicto spissari. Ex rebus supra memoratis facile cognosci

potest, de physiologica sacchari in organismo conditione nondum satis constare.

Quibus meditationibus peractis ad id quod propositum nobis est, revertamur. Urinam genere aliquo Polyuriae sapore dulci esse, quantum constat, a Brittanno Willis anno circiter 1674 repertum et per Pool et Cowley centum post annos demonstratum est, saccharum esse causam, qua urina hoc sapore affecta sit. Quo ex tempore nomen morbo inditum est „Diabetae mellito“. Rollo, exitu saeculi XVIII, nutrimenta vegetabilia falsa digestoriorum succorum conditione in saccharum mutari docuit, qua de re, ut diabeticis animalia modo nutrimenta darentur, suasit. Quum vero Tiedemanni et Gmelini experimentis demonstratum esset, immutationem amylaceorum in saccharum, normalem esse processum physiologicum, reliquere Rollonis sententiam. Anno 1841 Bouchardat disseruit: In stomacho diabeticorum fermentum quoddam nasci celerrime amylacea in saccharum mutans, ex quo efficeretur primum, ut sanguis saccharo abundaret, deinde, ut pars sacchari ad urinam transiret.

Qualis vero materia hoc fermentum est? quam ob rem non oritur nisi in diabeticis? unde exstitit? Quas quaestiones, etiamsi negligamus, tamen duabus de causis repudianda est theoria illa: prima, quod ex experimentis apparet, amylaceorum in saccharum immutationem in diabeticis nullo modo celerius effici, quam in sanis hominibus, altera quod necesse esset, ut saccharum ex urina, nullis amyla-

Aetiologia.

Diabetes mellitus nulli aetati parcit et quidem pariter genus femininum quam masculinum afficere videtur. (Vogel.) Aetiologia plurimorum casuum plane obscura est. Morbus plerumque oritur obscure et lente ita, ut tum demum in medici cognitionem veniat, quum iam plus minusve provectus sit et symptomata periculosa adsint. Aegroti causam igitur morbi nominare non possunt. Quod perfrictio saepe arguitur haud mirandum est, attamen nonnulli in nonnullis casibus pro certo habendum esse volunt, (France, Oppolzer,) frigore recepto et corpore permadefacto, ortum esse diabeten. Arguuntur et spirituosorum liquorum nimia consumptio et voluptates Venereae, sed iniuria, ni fallor. Nam si hae duae res diabeten efficerent, non esset rarissimus sed creberrimus morbus. Causae quoque morbi nominatae sunt hepatis affectiones, quum multis in casibus, si dissectum erat corpus diabeticorum, hyperaemicum se praebuerit, quod quidem non semper invenitur. Ceterum hepatis hyperaemia creberrima est sine diabete mellito. Inprimis animum adverterunt in medullae oblongatae qualitatem et saepe observatum est, immutationem notandam esse in quart ventriculi regione. (Zenker [1]), Friedberg [2]), Plagge [3]), Becquerel [4]) etc.)

1) Schmidt Jahrbücher. Bd. 114. pag. 399.
2) Virchow's Archiv 1861. Bd. 29. pag. 39.
3) Virchow's Archiv. Bd. 13. pag. 93.
4) Moniteur des hôpitaux. 1857. Septbr.

Inveniebantur commotiones, hyperaemiae, haemorrhagiae, malaciae et tumores. In casu quem verisimile est vulnere productum esse, quartum ventriculum tumore expletum de Recklinghausen invenit, quem e plexus chorioidei inflammatione ortum esse putat. (Virchow's Archiv 1864. 364.)

Symptomata et decursus.

Omnium symptomatum maxime insigne est quantitas et qualitas urinae, quae plane discrepant ab eo, quod normale est. In casibus plus minus provectis copia urinae nimis aucta est.

Dum per horas XXIV ab homine sano Ccm. circiter 1500—2000 secernuntur, urinae copia a diabeticis secreta 4000—10000 Ccm., immo in nonnullis casibus maior etiam est. Urinae copia variat. Si diabeticus aliquamdiu parva liquoris copia utitur, urinae quoque copia minuitur, e contrario contraria sequuntur. Secretae in urina aquae copiam interdum maiorem esse, quam copiam haustae, theoria et praxi est repudiatum (Fr. Nasse, Griesinger). Alii morbi si aggregantur, diarrhoeas dico et alia morborum genera, si sudores, quod raro fit, emittuntur, urinae copia minuitur. Experimentis a Vogel factis, per hebdomades ultimas quinque 1000 tantum Ccm., quin etiam minorem copiam a diabeticis secretam esse, observatum est. In diabete mellito per vulnus effecto urinae copia normalis vel aliquantulum tantum aucta est. Etiam urinae qualitas, quod attinet ad

colorem, pondus specificum et materias solidas, differt a statu integro.

Urina est minus clari colore; quod declaratur e pigmento urinae normaliter secreto non sufficiente urinae copiae auctae. Diabeticorum urina magni est ponderis specifici: 1,030 — 1,050, quod ex sacchari copia deducendum est. Nam sicuti elucet ex experimentis multis a Vogel [5]), Ranke [6]), E. Schmidt [7]), Mosler [8]) factis ceterarum materiarum productio minime differt.

Si magna quantitas alimentorum, imprimis animalium consumitur, integra digestione copia ureae, chlornatrii, acidi sulphurici, acidi phosphorici, aucta est, si nutrimenta non sufficiunt, vel si digestio est perversa, eorum copia minuitur. Acidi urinosi copia an semper sit aucta, sicuti nonnullis in casibus a Ranke observatum est, pluribus adhuc exemplis constituendum est et affirmandum. Nostro in casu 0,770 % explevit. Tertio in urina insignis sacchari multitudo notanda est: in urina hominum sanorum indicia tantum minima sacchari inveniuntur.

In diabete mellito secreti sacchari pondus dimidium vel unum et dimidium librae complet per horas XXIV. Sacchari copia nutrimentorum et liquoris inhausti multitudine aucta, pariter augetur.

---

5) Zabel de Diabete. Diss. inaug. Halle 1858.

6) Beobachtungen und Versuche über Absonderung der Harnsäure. München 1858.

7) Annalen der Chemie und Pharmacie. 1855. Novbr.

8) Archiv für gemeinschaftliche Arbeit. Bd. III. S. 26 ff.

Nutrimentorum genus maximi est momenti: Amylacea si eduntur, sacchari copia maior est, quam si animalia eduntur nutrimenta; ieiunium et morbi diabeten secuti, qui digestionem disturbant, sacchari copiam minuunt. Interdum in urina praeter saccharum uvarum aliud sacchari genus, quod inositum dicitur, inveniuntur. (Vohl. Cloetta.) Sed quibus sub conditionibus inositum se praebeat cuiusque momenti sit, adhuc obscurum est.

Sitis diabeticorum fauces nimis urere solet nec raro accidit, ut huius generis aegroti 10—15 quadrantes per diei spatium bibant. Attamen semper glossa et fauces siccae sunt. Humori oris acidi multum inest, quod acido lactico effici verisimile est. Acidum hoc cariem saepe orientem dentium efficere arguunt (Falk). Quod aegroti semper siti uruntur, facile intelligi potest ab iis, qui, quanta sit summa secreta urinae, cogitent animo.

Quum sanguis magnâ aquae copiâ privetur, condensatur et per endosmosin aquam vehementer arripit et ex cibis stomacho receptis et ex omnibus parenchymatum liquoribus.

Siccitate faucium et cavi oris, his rebus effectâ, satis declarata est enormis diabeticorum sitis (Vogel).

Symptoma, pariter molestum ac sitis, fames est persaepe nullo modo sedanda. Vix credibilem nutrimentorum copiam edunt aegroti, attamen nequaquam se satiatos esse dicunt. Quod nostro tempore satis explicandum non est, etiamsi satietatem deesse et macerationem semper augeri et usque ad

ultimum gradum perduci, ex eo intelligi possit, quod nutrimenta non corpori adduntur, sed in sacharum commutantur et renibus secernuntur. Digestio raro turbatur, integra esse solet. Cutis diabeticorum sicca est et arida; si aegrotis sudor erumpit vel si intercedunt febres, sudor mellitulus est et, ubi exhalatur aqua, saccharum in formâ pulveri simili in cute remanet. Cutis temperatura minutior esse solet, quam naturalis. Minui et in casibus difficilioribus perire impetum ad Venerem semper repertum est, ita ut virorum penis erectiones, feminarum menses plane cessarent. Quae res ex corpore ad maciem reducto, et ex virium debilitate nimia, semper posterioribus morbi gradibus coniuncta, declaranda est. Diabete intermittente et viribus aegroti refectis impetus ad Venerem restitui potest. Addendum est, lentes cataractose degeneratas persaepe inveniri, id quod alii ex saccharo in lente deposito (inprimis Dr. Goldschmidt Wratislaviensis), alii ex liquore lentis exhalato declarandum esse volunt.

Initio cataracta corticalis; in morbi gradu posteriore cum flavo nucleo (v. Graefe deutsche Klinik 1859. 10).

Nostro in casu tanta erat oculi utriusque caligatio, ut aegrotus quum in institutum clinicum reciperetur, cernere non posset manus praetentae digitos. Pariter adhuc obscura est causa efficiens in diabeticis furunculos, carbunculos, pulmonum et digitorum gangraenam.

Theses de hac re institutas omitto, quum nulla earum ad rectam sufficiat interpretationem.

Inflammationibus supra dictis proprium est, quod gangraenosa materia foetoris plane expers est, quae res, ut ait Griesinger, interdum quidem observatoribus non occurrit, quum vero saepissime existat, fieri potest, ut momenti sit magni ad diagnosin recte faciendam Quae res ita declaratur a Griesinger: In corpore diabetici, saccharo (et acido lactico? Grohe) perfuso, aliter ac in texturis gangraena deletis fieri solent, formantur commutationes, quibus impediatur, quominus compositiones ammoniacales vel illae acidorum volubilium, efficientium gangraenae foetorem, oriantur vel ortae celeriter deleantur.

Francogalli nostri temporis huic gangraenae generi nomen: „gangrène diabétique“ imposuere et diversissimum esse ab aliis gangraenae formis contendunt. —

Balanitin et Vulvitin, quae saepe ad Diabeten accedant, sequi opinor e mechanica irritatione, quae efficiatur quum crebro urinae contactu tum quibusdam mucoribus. N. Friedreich nuper primum animadvertit et patefecit, sicuti in urina diabeticorum, quum opposita sit aeri, mucores exsistant, sic semper inveniri mucores in genitalibus huius generis aegrotorum. Apud virum in glandis collo et in fossis, quae in quoque frenuli praeputii latere positae sunt, apud feminam in regione et post praeputium clitoridis, pariter intra nymphas.

LANE MEDICAL LIBRARY
300 PASTEUR DRIVE
PALO ALTO, CALIF. 94304

Friedreich in duodecim diabeticis, quos exploravit, locis, quos supra memoravimus mucores invenit, dum in sanis vel in aegrotis, aliis morbis affectis, nunquam mucores sunt inventi. Hanc igitur mucorum existentiam ad diagnosin recte confirmandam alicuius momenti esse iure dicit.

Decursus diabetae plerumque chronicus est, interdum acutus, praesertim, quum e laesionibus traumaticis ortus est.

Centum exempla sunt composita a Griesinger, e quibus elucet, morbi spatium fuisse:

$\frac{1}{4}$		anni	. . . . .	semel
$\frac{1}{4}$	usque $\frac{1}{2}$	„	. . . . .	bis
$\frac{1}{2}$	„ 1	„	. . . . .	tredecies
1	„ 2	annorum	. . . . .	tricies nonies
2	„ 3	„	. . . . .	vicies
3	„ 4	„	. . . . .	septies
4	„ 5	„	. . . . .	bis
5	„ 6	„	. . . . .	semel
6	„ 7	„	. . . . .	bis
7	„ 8	„	. . . . .	semel.

Duodecim exemplis spatium morbi constitui non potuit. Aegroti mortem obeunt imbecillitate et infirmitate, vel, quod plerumque fit, complicationibus, quae celeriter exitum letalem efficere solent, quum organismo debilitato resistendi vires desint. Complicatio creberrima tuberculosis est pulmonum, qua dimidium diabete laborantium perire Griesinger contendit. Tuberculosin in tanta alimentationis turbatione orire intellectu facile est. Pariter pneumo-

nia et oedema pulmonum complicatio usitata est, pariter morbi renum, albuminuriam dico. Renes facile morbo affici ex eo intellectu haud est difficile, quia organa haec semper hyperaemica sunt, et sanguinis impetum maiorem patiuntur ac vasa sanguinifera et canaliculi uriniferi supra modum extenduntur, quibus e rebus non modo hypertrophia constans, sed etiam, aliis viribus noxiis adcedentibus, morbi organici, Nephritis, abscessus, morbus Brightii oriri possunt (Vogel).

Diagnosis.

Diagnosis diabetae melliti difficilis non solet esse. Si urinae secretio nimia sacchari in urina, multitudo nimia, sitis aegroti valde aucta, fames, quamquam aegroti ciborum copiam consumunt immodicam, nullo modo sedanda, maceratio corporis si invenitur, diagnosis facile est constituenda.

Difficilius iam est nonnunquam inter diabetem mellitum et melluriam distinguere. Attamen medicum aliquandiu contemplari aegrotum sufficiet omnimodo ad diagnosin differentialem. In melluria maior quidem adest sacchari copia, quam quae a natura sit constituta, sed nec polyuria adest nec signum marasmi, dum in diabete polyuria et marasmus hominis maximi momenti sunt. Sacchari in urina demonstratio in diabete summum est ad diagnosin recte componendum adiumentum. Variae sacchari explorationes propositae sunt, quarum est simpli-

cissima Mooriana exploratio, in qua kalio utimur. Addittur urinae par copia solutionis aquosae kali caustici et haec mistura in vasculo vitreo concoquitur ope flammae spiritus vini.

Modo mixta materia flavo colore inficitur, tum coctura continuata color nigricat et spatio horae quadrantis interiecto fusca fit syrupo communi vel pici liquidae similis.

Fervidae mixturae si acidi nitrici aliquantulum affunditur, caramelis odor emittitur. De ceteris sacchari explorationibus Trommeri et Böttcheri confer libros chemicos.

Signa quae diabetae melliti suspicionem movere possunt atque, ut urina exploretur, cohortari debent, huiuscemodi sunt aegroti querela sitim accusans, cutis sicca et avida, polyuria. Saccharum si multum inest urinae, in vestimentis, quae urina inficiuntur, maculae singulares pulvere subalbicante sachari crystallisati obtectae residuant. Etiam ex mucoribus faecariis in urina inventis, ex crebritate furunculorum vel carbunculorum, e balanitide, vulvitide, diabetae melliti suspicio excitari potest.

Prognosis.

Diabetae melliti nunquam fere exitus est in sanationem; sunt quin etiam qui plane talem negent exitum (Lebert), attamen nonnulli inveniuntur casus sanationis completae (Griesinger, Grohe). Casus recentes, vulneribus (commotione cerebri etc.)

orti, maximam sanationis spem relinquunt; in his sanatio invenire solet.

Attamen quaestio est hoc loco, num casus illi adscribendi sint generi, diverso ab diabete mellito communi, nec ne (Vogel).

Therapia.

In curando diabete mellito primum constituendum est, remedium huius morbi specificum non esse. Magnus quidem numerus medicaminum partim deductionibus theoreticis commendata sunt, partim, quia singulis in casibus morbum allevaverunt vel etiam sanaverunt. Sufficiat mihi, creosotum, alumen, chinium, strychninum, acida, faecem, bilem, saccharum, pepsinum nominare, quae omnia, quum aut frustra aut malo eventu adhibita sint. e therapia diabetae iure reiecta sunt. Pancreas nuper commendatum, Cloetta duobus diabete laborantibus dedit, sed eventus erat infaustus. Postquam aegroti per quatuordecim dies quotidie unum vituli pancreas ederunt, pondus specificum urinae, quod antea constans fuerat 1030, hac curatione adhibita ad 1040 processit. Copia urinae quotidiana non aucta est [9]). Alcalia a Mialhe valde laudata in casibus inveteratis in universum nihil valere, quin etiam nocere, experientia edocuit. (Griesinger. Lebert.) Modice adhibitum natron bicarbonicum interdum effe-

9) Cloetta epist. ad Grohe a. d. III. Cal. Maias. 1865.

ctum palliativum habet, quum digestionem afflictam iuvare possit, sive hepatis affectione levanda, sive acidis largius ortis coercendis. Utiliores etiam aquae Carolinenses et Vichyenses habendae sunt.

Saepe curatione complurium hebdomadum in thermis Carolinis sitis et secretio urinae minuta est, corporis pondere crescente et saccharo ex urina evanescente. (Niemeyer, Seegen). Et eventus sive permaneat sive fugiat, tamen in malo tam gravi semper grandis habendus erit. Vogel eos tantum aegrotos ad illas thermas mitti vult, qui morbo non tam progresso viribus non admodum debilitatis fruuntur, quum curationis bibendi (Trinkkur) diabetici impatientes esse soleant. Summi momenti in curando diabete mellito sunt idonea praecepta diaetetica, quae polyuriam coerceant et vires corporis conservent. Quum adducto permulto humore secretio sacchari augeatur, potum quantum maxime ut coerceamus intendendum est. Plane interdicere aegroto, ne sitim expleret, inhumanum esset et noxium, quum collapsus et exitus letalis celerrime effici posset. Bibenda sunt aquae, Selter. et Sodae, cerevisia amara, vinum rubrum, aqua alcoholisata, coffea, thea etc. Sitim moderamur ore saepius perluendo, pilulis glacialibus devorandis, manducatione materiarum succulentarum. Maxime autem opium commendandum est. Nam opio adhibito sitis minuitur, secretio urinae coercetur, saccharum fit mi-

nus [10]). Quod attinet ad qualitatem ciborum, quos edere diabeticis liceat, diaeta animalis, iam a Rollo commendata, nostris quoque temporibus usitata est, sed ita ut hodie index ciborum liberaliter sit instructus et iucunde variatus. Bouchardat ciborum, diabeticis permittendorum indicem composuit hunc: Caro omnis generis, cocta, tosta, additis quinetiam condimentis acribus, non autem farinis. Pisces fluviatiles et marini, ad quos minus desideretur panis, quam ad carnem, ostrea, conchae, commari, astaci fluviatiles etc. Ova quoque culinarum praecepto composita. Vetatur lac, permittitur flos lactis recens. Inter olera spinacia, cinara, scolymus, asparagus, fabae virides et variae crambes genera, inter acetaria nasturtium, intubus, lactuca capitata et lactuca sativa permissa sunt. Fructuum fragum et malum persicum aegroto tribui possunt. Quum diabetici aegerrime ferant, panem sibi esse interdictum, saepissime est a medicis res quaesita, quae sapore et specie in vicem panis succedat: panem furfureum (Camplin), illum panem, a Palmer inventum, a Bouchardat in usum inductum quem dicimus „Kleberbrod“ commendemus, itemque panem coctum e farina amygdalarum (Pavy). Liebig commendat artolaganos, eo modo compositos, ut panis dissectus infuso malti hordei perfundatur, cuius diastasi amylum panis in saccharum commutetur et dissolvatur. Tum panis elotus siccatur vel per aliquantulum temporis torretur.

10) Pfeffer diss. inaug. Gryphiae 1863.

Quae res, vicem parcis exhibentes, plerumque, apud mercatorem emptae, amylo vacuae non sunt: Jodi solutione amylum facile cognosci potest.

Quum vero constet, sacchari productionem carnibus (exemptis omnibus aliis materiis) aegroto datis, initio quidem minui, mox vero in priorem statum revertere, necessarium non est, ut substantiae amylaceae plane repudientur, quinetiam melius prospicietur valetudini, si aegrotis, quorum digestio depravatur cibis e mero carne compositis, panis aliquantulum datur.

Quum in diabete cutis temperatura plerumque minuta sit et aegroti ad perfrictionem inclinent, calide vestiti esse debent.

Qui morbi ad hunc nostrum accedunt, ut dyspepsia, diarrhoea, pneumonia, tuberculosis notis praeceptis summa diligentia sunt tractandi.

Historia morbi.

Robertus Kurtz, sutor, triginta annos natus. Parentes et consanguineos sanos esse aegrotus dicit, sese puerum morbillis et semel nonnullis tentationibus febris interrcurentis ceterum nullo morbo laborasse. Circiter uno anno ante receptionem animadvertit, se quamquam fame et siti auctis magnam vim ciborum ingesserit, in dies macilentiorem et imbecilliorem factum esse. Aliquo demum temporis spatio elapso urinae secretionem auctam esse certissime affirmat. Inde ab initio anni 1863 videndi

facultatem utriusque oculi attenuatam ac minorem factam esse affirmat, id quod paullatim eo processit, ut tempore receptionis oculo sinistro nihil videret, dextro magna tantum corpora clari coloris perspicere modoque candidum a fusco discernere posset.

Quum die VI m. Maii anni h. s. LXIII in institutum clinicum Gryphiswaldense reciperetur, status hic observatus est:

Aegrotus macie confectus est; cutis sicca, sordida, cinerea, facile in squamas dilabens. Utriusque oculi lens obscuratione albida est occupata, visus ita est corruptus, ut tantum, quid sit clarum quid obscurum dicere possit aegrotus, dum digitos oculis obiectos discernere nequit. Foetor ex ore est acidus, aeque ac humor oris, nonnulli dentes incisivi cariem orientem ostendunt. Organa respiratoria sunt integra, hepar sonum redit attenuatum intra fines normales. Abdomen et forma et consistentia normali est. In pene mutati nihil perspici potest, erectiones iam per menses complures desunt. Urina candidissima, perspicua, gravis est, nihil ex ea subsidit, sacchari multum inest, nihil albuminis. Animus aegroti est intactus.

Ordinatio: Tinct. opii. simpl. ter quotidie gutt. xij.
Cibi genus permixtum, praeterea quatuor ova et vj semunciae pernae.

Corporis pondus

die	mensis	Kgr.	die	mensis	Kgr.
10.	V.	47,14	26.	VII.	46,40
17.	—	46,65	2.	VIII.	46,90

dies	mensis	Kgr.	die	mensis	Kgr.
24.	V.	45,92	17.	VIII.	46,70
31.	—	47,50	11.	X.	46,20
7.	VI.	46,80	25.	X.	46,40
14.	—	46,82	1.	XI.	47,30
23.	—	46,25	8.	—	47,00
5.	VII.	46,40	15.	—	45,80
12.	—	47,00	22.	—	45,00
19.	—	47,00	29.	—	45,70

		Pondus specificum.		Urinae copia.
dies	mensis	urina matut.	urina diurn.	per horas XXIV
7.	V.	1,033	1,031	7500 CC.
8.	—	1,033	1,028	7910 —
tinctura opii simpl. ter gtt. xij. Forma diaet. prim.				
ova iv. pernae semun. vj.				
9.	—	1,035	1,029	6850 —
10.	—	1,029	1,024	7020 —
mult. acidum mediocr. acid.				
11.	—	1,031	1,025	7290 —
12.	—	1,035	1,030	4500 —
assum vitulinum				
13.	—	1,030	1,026	6140 —
14.	—	1,031	1,028	5250 —
15.	—	1,030	1,027	5280 —
16.	—	1,028	1,026	4800 —
vj ova; tinct. opii simpl. ter gtt. xjj.				
17.	—	1,030	1,025	4700 —
18.	—	1,029	1,029	5360 —
19.	—	1,028	1,026	5400 —
20.	—	1,030	1,025	5400 —

dies	mensis	Pondus specificum. urina matut.	urina diurn.	Urinae copia. per horas XXIV
21.	V.	1,027	1,027	5250 —
22.	—	1,030	1,025	5650 —
23.	—	1,029	1,024	4660 —
24.	—	1,030	1,030	4020 —
		Tinct. opii simpl. gtt. xx.		
25.	—	1,030	1,028	4820 —
26.	—	1,033	1,029	5000 —
27.	—	1,033	1,028	4800 —
28.	—	1,032	1,028	4650 —
29.	—	1,032	1,028	4800 —
30.	—	1,030	1,027	4000 —
1.	VI.	1,030	1,029	4000 —
2.	—	1,029	1,025	3550 —
3.	—	1,030	1,026	3860 —
4.	—	1,030	1,030	3890 —
5.	—	1,030	1,028	4050 —
6.	—	1,032	1,030	3900 —
7.	—	1,029	1,026	3770 —
8.	—	1,031	1,027	3950 —
9.	—	1,029	1,027	3750 —
10.	—	1,021	1,026	3939 —
11.	—	1,026	1,024	3200 —

Aegrotus, quum se pernam edere iam posse neget, ab illo die pernae loco quotidie quadrantem pondo lardi accipit.

Forma diaetae prima cum duobus panibus siliginis, vj ova, quadrans pondo lardi, vj semun. assi vitulini.

dies	mensis	Pondus specificum. urina matut.	urina diurn.	Urinae copia. per horas XXIV
12.	VI.	1,029	1,028	3530 —
13.	—	1,026	1,024	3400 —
14.	—	1,028	1,022	3850 —
15.	—	1,027	1,025	3420 —
16.	—	1,027	1,025	3200 —
17.	—	1,030	1,027	3010 —
18.	—	1,028	1,027	3850 —
		Opium et amon. carbon.		
19.	—	1,030	1,028	3040 —
20.	—	1,032	1,029	2040! —
21.	—	1,032	1,029	2700 —
		In humore oris multum acidi inesse invenitur		
22.	—	1,031	1,029	3870 —
23.	—	1,032	1,031	2400 —
24.	—	1,032	1,028	2900 —
25.	—	1,034	1,030	2550 —
26.	—	1,032	1,028	2700 —
27.	—	1,030	1,029	2890 —
		Caecitatem auctam esse aegrotus se animadvertisse negat.		
28.	—	1,030	1,028	2810 —
29.	—	1,031	1,029	2710 —
30.	—	1,030	1,025	2650 —
1.	VII.	1,034	1,025	2640 —
3.	—	1,030	1,027	2630 —
4.	—	1,031	1,027	2580 —
5.	—	1,031	1,028	2600 —
6.	—	1,032	1,032	3030 —

dies	mensis	Pondus specificum. urina matut.	urina diurn.	Urinae copia per horas XXIV
7.	VII.	1,030	1,030	3050 —
8.	—	1,034	1,032	3400 —
9.	—	1,033	1,032	2230 —
10.	—	1,030	1,030	2710 —
11.	—	1,032	1,030	2300 —
12.	—	1,030	1,029	2450 —

Examine chemico urinae haec inventa sunt:
sacchari 5,543
acid. urinosi 0,740
chlornatrii 0,32

Ex hoc die aegroto praeter opium et ammon. carbonic. datur pepsini gr. v. p. d. ter quotid.

13.	VII.	1,032	1,030	3200 —
14.	—	1,030	1,030	2700 —
15.	—	1,030	1,030	2200 —
16.	—	1,030	1,028	2500 —
17.	—	1,031	1,030	2400 —
18.	—	1,032	1,030	2450 —
19.	—	1,030	1,029	2480 —

in huius diei urina matut. inerat sacchari 4,1%.

20.	—	1,030	1,028	2570 —
21.	—	1,032	1,030	2580 —
22.	—	1,030	1,030	2560 —

Aegrotus laborat dentibus.

23.	—	1,029	1,027	2900 —
24.	—	1,030	1,029	2210 —
25.	—	1,033	1,031	2630 —
26.	—	1,031	1,029	2600 —

dies	mensis	Pondus specificum. urina matut.	urina diurn.	Urinae copia per horas XXIV
27.	VII.	1,032	1,029	2690 —
28.	—	1,030	1,030	2200 —
29.	—	1,030	1,029	2730 —
30.	—	1,029	1,028	2450 —
31.	—	1,031	1,030	2590 —
1.	VIII.	1,030	1,030	2400 —
2.	—	Deest.	1,027	2530 —
3.	—	1,034	1,030	2250 —
4.	—	1,030	1,030	2300 —
5.	—	1,032	1,029	2400 —
6.	—	1,030	1,030	2100 —
7.	—	1,024	1,030	2000 —
8.	—	1,030	1,028	2100 —
9.	—	1,031	1,030	2000 —
10.	—	1,032	1,028	2440 —
11.	—	1,030	1,027	2300 —
12.	—	1,034	1,027	2220 —
13.	—	1,032	1,029	2200 —
14.	—	1,033	1,029	2220 —
15.	—	1,032	1,029	2100 —
16.	—	1,030	1,028	2100 —
17.	—	1,035	1,028	2600 —
18.	—	1,031	1,030	2400 —
19.	—	1,033	1,030	2500 —
20.	—	1,030	1,029	2300 —
21.	—	1,030	1,030	2200 —
22.	—	1,031	1,029	2350 —
23.	—	1,028	1,025	2000 —

dies	mensis	Pondus specificum. urina matut.	urina diurn.	Urinae copia per horas XXIV
24.	VIII.	1,033	1,030	2400 —
25.	—	1,031	1,029	2300 —
26.	—	deest	1,028	1760 —
27.	—	1,030	1,029	1700 —
28.	—	1,030	1,029	2200 —
29.	—	1,032	1,027	2000 —
30.	—	1,030	1,029	2200 —
31.	—	1,032	1,032	2250 —
1.	IX.	1,034	1,028	2000 —
2	—	1,029	1,027	2350 —
3.	—	1,028	1,029	2000 —
4.	—	1,030	1,030	1850 —
5.	—	1,032	1,029	2130 —
6.	—	1,030	1,031	1800 —
7.	—	1,038	1,029	2500 —
8.	—	1,032	1,034	1900 —
9.	—	1,035	1,030	1700 —
10.	—	1,029	1,028	2100 —
11.	—	1,030	1,030	2300 —
12.	—	1,029	1,030	2470 —
13.	—	1,032	1,031	2800 —
14.	—	1,032	1,032	1950 —
15.	—	1,030	1,034	2300 —
16.	—	1,032	1,030	2400 —
17.	—	1,033	1,030	2200 —
18.	—	1,032	1,031	2300 —
19.	—	1,035	1,030	1770 —
20.	—	1,032	1,030	2560 —

dies	mensis	Pondus specificum. urin. matut.	urin. diurn.	Urinae copia per horas XXIV
21.	IX.	1,032	1,033	2200 —
22.	—	1,030	1,030	1850 —
23.	—	1,032	1,030	1400 —
24.	—	1,030	1,031	2100 —
25.	—	1,035	1,030	2030 —
26.	—	1,033	1,030	2550 —
27.	—	1,034	1,032	2100 —
28.	—	1,035	1,034	1900 —
29.	—	1,035	1,030	2000 —
30.	—	1,034	1,030	2250 —
1.	X.	1,035	1,031	2200 —
2.	—	1,035	1,030	1900 —
3.	—	1,029	1,030	2300 —
4.	—	1,026	1,030	2200 —
5.	—	1,031	1,026	2300 —
6.	—	1,030	1,025	2000 —
7.	—	1,035	1,030	2100 —
8.	—	1,030	1,025	1900 —
9.	—	1,030	1,030	2250 —
10.	—	1,030	1,030	2200 —
11.	—	1,030	1,030	2260 —
12.	—	1,030	1,027	2250 —
13.	—	1,030	1,030	2000 —
14.	—	1,030	1,025	2400 —
15.	—	1,030	1,025	2700 —
16.	—	1,027	1,026	2400 —
17.	—	1,028	1,026	2570 —
18.	—	1,030	1,027	2350 —

dies	mensis	Pondus specificum. urina matut.	urina matut.	Urinae copia per horas XXIV
19.	X.	1,025	1,025	2200 —
20.	—	1,028	1,026	2300 —
21.	—	1,025	1,025	2600 —
22.	—	1,025	1,028	2400 —
23.	—	1,030	1,026	2200 —
24.	—	1,030	1,028	2450 —
25.	—	1,025	1,027	1850 —
26.	—	1,027	1,027	2100 —
27.	—	1,028	1,027	1950 —
28.	—	1,028	1,027	2200 —
29.	—	1,029	1,026	2310 —
30.	—	1,027	1,024	2440 —
31.	—	1,028	1,030	2020 —
1.	XI.	1,027	1,026	2000 —
2.	—	1,025	1,025	2400 —
3.	—	1,028	1,025	2000 —
4.	—	1,027	1,025	2400 —
5.	—	1,025	1,026	2200 —
6.	—	1,026	1,025	2200 —
7.	—	1,027	1,025	1910 —
8.	—	1,028	1,025	2000 —
9.	—	1,028	1,025	1800 —
10.	—	1,027	1,025	2000 —
11.	—	1,027	1,025	2000 —
12.	—	1,029	1,026	1500 —

Ex hoc die aegroto non nisi cibus animalis datur.

Mane: $\frac{3}{8}$ quadrantis infusum coffeae, ova duo.

Prandium: semunciae x. carnis bubulae, semunciae x. pernae.

Coena: $\frac{3}{8}$ quadrantis iuris bubuli, assi semunciae xxijβ, cucumerum semunc. vj.

Temp. postmerid. $\frac{3}{8}$ quadrantis infusum coffeae, ova duo.

Temp. vespertino $\frac{3}{8}$ quandrant. iuris bubuli; carnis semunc x.; casei semunc. vj.

		Pondus specificum.		Copia urinae
dies	mensis	urina matut.	urina diurn.	per horas XXIV
13.	XI.	1,020	1,020	2100 —
14.	—	1,022	1,021	2130 —
15.	—	1,023	1,020	1800 —
16.	—	1,022	1,019	1800 —

Saachari hodie inveniuntur in urina 2,2%; Pulmones adhuc integri sunt, mensura hepatis in linea mamillari est: 9 Ctm.; in linea sternali: $6\frac{1}{2}$ Ctm.

17.	—	1,025	1,023	2000 —
18.	—	1,023	1,023	2000 —
19.	—	1,025	1,025	2000 —

Nocte quatuor deiectiones diarrhoicae, per diem nullae.

20.	—	1,026	1,025	1200 —

Nocte deiectiones diarrhoicae duae.

21.	—	1,025	1,022	1610 —

Nocte diarrhoica una dejectio.

22.	—	1,025	1,024	1800 —

Diarrhoea deest.

23.	—	1,023	1,023	1810 —
24.	—	1,025	1,024	2200 —
25.	—	1,024	1,020	2000 —

dies	mensis	Pondus specificum. urina matut.	urina diurn.	Copia urinae per horas XXVI
26.	XI.	1,025	1,022	2250 —
27.	—	1,025	1,023	2160 —
28.	—	1,024	1,021	1920 —
29.	—	1,028	1,020	2100 —
30.	—	1,030	1,025	2000 —
1.	XII.	1,027	1,025	1850 —
2.	—	1,022	1,018	2050 —
3.	—	1,024	1,020	2100 —

His ex tabulis elucet, curatione maximam partem diaetetica et symptomatica adhibita, copiam urinae quotidianam constanter minutam esse. Tempore receptionis in nosocomium aegrotus per horas XXIV urinae secrevit circiter 7500 CCm, sub finem 2100 CCm. Valuisse mihi videtur ad coërcendam urinae secretionem praeter opium Ammon. carbonic. Nam quum die XX mens. VI Ammon. carbonic. daretur, urinae copia subito a 3040 CCm. descendit ad 2040, et post id tempus ter tantum ad 3000 CCm. vel paullo amplius processit; in universum minuta perseveravit. Postquam aegroto inde a die XII mens. XI non nisi cibus animalis permissus est, urinae copia eadem erat, quae antea, qua de re concludi potest, genus nutrimentorum non ita multum valere ad urinae copiam.

Pondus specificum erat initio curationis plus minusve 1,033, sub finem 1,023. Maximus numerus erat 1,038, minimus 1,018. Ammonio carbonico adhibito per nonnullos dies auctum erat, sed mox de-

scendit; amylaceis aegroto interdictis pond. spec. a 1,025 et 1,026 ad circiter 1,020 delapsum est, qui status permanebat.

Sacchari urinae inerat initio 5,5 %, sub finem 2,2 %.

His paucis allatis exceptis de urinae copia eiusque pondere specifico nihil memorandum est. Iactationes normam non praebent.

3. Dec. Nocte aegrotus febri frigoreque iactatus est per horam dimidiam, et punctiones pectoris dextri ortae permanent. Hora nona febris frigusque iterata per horam permanserunt. Punctiones pectoris dextri auctae sunt, praesertim in actu respirationis. Temperatura corporis 40,3° C.

Ordinatio: Cataplasmata frigida pectori dextro imponuntur. Temp. vesp. 39,8° C. Puls. 104.

4. Dec. Mane temperatura corporis 38,9° C. Puls. 96. Punctiones pectoris non tam acres sunt quam die ultimo. Tussis levis orta est. Sputa mucosa et albida, sitis aucta est. Appetitus minutus. In parte anteriore pectoris dextri a costa quarta deorsum sonus, percussione instituta, fuscus est. Hoc loco crepitus respiratorii minus sunt clari, fremitus pectoralis minutus. Temp. vespert. 39,9° C. Puls. 108. pond. specificum urinae matutinae 1,030 urinae diurnae 1,024. Copia urinae per horas XXIV 1600. Ordinatio propter appetitum malum et febrim non nisi: mane duo ova et infusum coffeae; prandio carnis semunc. x.;

pernae semunc. x. Coena: ius bubulum, assi semunc. x. Cucumerum semunc. Vj.

Temp. postmerid: coffea.

Vespere: ius bubulum.

5. Dec. Mane: Temperatura corporis 38,5. Puls. 92.
Vespere: „ „ 39,6. „ 108
Aegrotus male dormiit, laborat siti, fastidio, magna infirmitate et imbecillitate. Punctiones pectoris desunt, quo loco sonus percussionis fuscus est, respiratio bronchialis auditur. Rhonchi desunt.

Pond. spe cif. ur. matut. 1,025, diurnae 1,025. Copia ur. 1700 CC.

6. Dec. Mane: Temper. 38,6. Puls. 100
Vespere: „ 40,2. Puls. 132.
In inferiore parte thoracis dextri tempore inspirationis crepitatio auditur. Sputa pauca eiiciuntur. Urina, quamquam febris adest, clara et perspicua est, colore flavo.

Pond. spec. ur. matut. 1,025, diurnae 1,025. Copia urinae 1900 CC.

7. Dec. Temp. est mane: 38,4. Puls. 100.
Vespere „ 38,7. Puls. 112.
Sputa pauca eiecta sunt lenta et colore citri. Tempore postmeridiano quum aegrotus punctionibus pectoris vexaretur, vesica glacie completa loco dolenti imposita est. Quo facto dolores sublati sunt. Sensorium erat integrum, pulsus parvus.

8. Dec. Tempore matutino hora sexta aegrotus su-

bito collabi coepit, pulsus erat celerrimus (136), filiformis. Respiratio tarda; extremitates frigidae sunt. Thorax dexter in respiratione paullum tantum movetur. Spatia intercostalia sinistri lateris valde contrahuntur, musculi scaleni vehementer moventur. Thorax dexter et anterior et posterior percussus sonum fuscum reddit. Hic respiratio bronchialis et rhonchi audiuntur. Sinistra parte thoracis respiratio vesicalis, quae acris dicitur et rhonchi adsunt. Praeterea rhonchus trachealis. Sputa desunt.

Ordinatio: Flor. Benzoës. gr. v.
Camphor. trit. gr. ij.
Invicem quoque horae dimidio.

Extremitates saepe teruntur.

Quae excitantia quamvis adhibeantur, tamen aegrotus magis magisque collabitur et rhonchis auctis pulsu minuto et intermittente tempore meridiano hora duodecima et dimidia aegrotus mortem obit.

Obductio.

Corporis sectio, quae facta est horis XXII post mortem haec edocuit. Corpus macie confectum est, cutis pallida, canoflava, rigor mortis solitus. Tela cellulosa subcutanea prorsus evanuit. Musculi apparent sicci. Cor laxum normali magnitudine est, adipe subpericardiali non instructum. Musculatura

cordis sinistri tenuior quam fas est, laxissima, colore pallido-subfusco, trabeculae carneae, endocardium, valvulae tenuissima sunt. Pulmonis dextri margo anterior veteribus adhaesionibus pleurae costali affixus est. Lobus medius infiltrationem praebet subrufam, ima pars lobi superioris infiltrationem canam et flavam, lobo inferiore infiltratio incipiens. Parenchyma solidum aëris eget, e bronchis secretum oedematosum exprimitur. Ea pars pulmonis, in qua infiltratio non est, oedematosa est. Pulmo sinister bene se contrahit, in parte anteriore et ima veteres adhaesiones animadvertuntur. Lobus superior est siccus et in apice nodum continet magnitudine fructus iuglandis infiltratione caseosa. Praeterea nodus illo minor infiltratione cinerea conspicitur. Lobus inferior est hypostaticus, oedematosus, sine immutationibus inflammatoriis, sine tuberculis. Aorta et thoracica et abdominalis angustissima et icterica sparsas pingueculas ostendit.

Organa abdominalia humore lubrico tecta sunt. Stomachus continet massam e viridi pallentem; membrana eius intima muco crasso et pingui inducta est, turgida, largas maculas badias praebens. Tunica intima intestinorum tenuium turgida est, partim pallida, partim turgentibus sanguine vasis subrufa. Multis in locis inprimis inter plicas cano calore est; tinctura iodi infusa, fit rubra (degeneratio amyloides). In coeco et colo immutationes non referendae sunt. Glandulae mesenteriales minores quam ad normam inveniuntur, item hepar, cuius superficies levis, margo

inferior lobi dextri crassior est. Pondus: 1420 Grmm. Scalpelli lamina adipe paullulum tecta, in vasis sanguis fuscus liquidus. Parenchyma lentum est et lardi instar. Acini parvi sunt eorum pars peripherica colore cano-pellucido, centralis flavo-fusco. Ductus biliferi mucosa bili impleti. Vesica fellea inferiorem hepatis marginem uno pollice superans modicam continet copiam bilis mucosae. Lien minor quam normalis est, laxus, capsula densa, superficie helvola. Pondus 142 Grmm. Parenchyma sordidum cano-flavum est; pulpa densa; vesiculae Malpighianae discerni non possunt. Glandulae suprarenales sunt atrophicae. Ren sinister paullulum hypertrophicus, $4,\frac{7}{8}''$ long., $1\frac{6}{8}''$ lat., $1\frac{1}{2}''$ crass. Pondus 247 Grmm. Capsula facile disiungitur, superficies levis, incisione facta, multum sanguinis effluit. Substantia corticalis aucta est, colore flavo-fusco; pyramides pallidae, calices et pelvis helvolae, ceterum normales. Totum organon densissimum. Ren dexter permagnus est, quum cystin pugillarem liquore floccoso completam contineat. Quae cystis orta videtur clauso uretere. Pondus renis dextri 481,5 Grmm. Vesica urinaria valde dilatata est, membrana eius mucosa pallida; glandulaprostatica minima est colore pallido.

Cranium parum cum dura matre cohaerens normali structura est; durae matris vasa turgent sanguine liquido; haemorrhagiae maiores et minores recens ortae hic illic in conspectum veniunt. Tunicae molles hyperaemicae sunt, arachnoidea liquore

subarachnoidali aucto bullose sublata. Gyri atrophici sunt, sulci dilatati; arteriae et venae basis cerebri angustiores solito. Cerebrum et cerebellum densa sunt et spissa, vasa eorum plena sanguine; multis in locis ecchymomata parva inveniuntur. Nervi dissecti leves, in ventriculis parietalibus liquor cruentus; ventriculus quartus normali magnitudine est. Ependyma tenue, pigmentatio substantiae griseae in parte superiore tenuissima; fundus exsanguis; vasa sub ependymate sita turgida sanguine et paullulum dilatata. Ceterum nihil immutationis memorandum. Tunicae medullae spinalis hyperaemicae sunt; dura mater spinalis succulenta. Medulla spinalis, imprimis eius pars cervicalis et dorsalis maior et densior, radices anteriores nervorum tenuiores quam normale est. Dissecta medulla in parte cervicali substantia grisea colorem rosaceum ostendit, qui etiam in funiculos laterales substantiae albae excurrit, ita ut limes utriusque substantiae minus sit clarus. Funiculi postici pellucidi sunt colore cano-albo praesertim iuxta commissuram. In parte dorsali substantia grisea valde impleta est sanguine; substantia alba satis pura et normalis; parva ecchymomata sparsim inveniuntur. Substantia grisea in parte cervicali mollissima deorsum fit durior, ita ut normam superet. Color eius rosaceus hic quoque insignis est. Cornua posteriora partis lumbalis latissima sunt; funiculi postici et laterales posteriores colore sordido, cano-flavo, quo efficitur, ut nimis discrepent a funiculis lateralibus anteriori-

LANE MEDICAL LIBRARY
300 PASTEUR DRIVE
PALO ALTO, CALIF. 94304

bus et a funiculis anticis, qui sunt illis albiores. Cauda equina sanguinolenta est; neurilemata nervorum lumbalium maxime crassa.

Obductio iis in locis, in quibus sedem, ut ita dicam, diabetae melliti nonnulli esse putant, nihil ostendit, quod affectionem tam gravem probaret. Noster ergo casus non in numerum eorum referendus est, qui ex certi organi affectione originem ducunt, sed in magnum numerum eorum, quorum caussae tenebris adhuc obductae sunt. Si vero respicies in hoc casu tam insigni neque in hepate neque in ventriculo cerebri quarto quidquam immutationis repertum esse, multis autem in organis, quae supra enumeravi, glycogenium; si reputas, quae Vohl, Figuer, Cloetta de inosito in urina diabete laborantium invento retulerint, et quae Limpricht de dextrino in musculis nuper promulgaverit [11]) mihi concedes contendenti, diabeten mellitum neque e perversitate alicuius nervorum centralium loci oriri, neque ex hepatis affectione ulla, sed ex quadam nutritionis pravitate variarum texturarum, quam degeneratiouem glycogeneam Grohe dicit. Cuius degenerationis quae sit caussa, quaestio est, quam solvere nondum licet.

---

11) v. Liebig's Annalen. 1865. März-Heft.

VITA.

Natus sum Augustus Stimpel die XI mens. octobris a. h. s. XXXVII in pago Silesiae superioris, cui nomen est Reinschdorf, patre Augusto, quem diu morte mihi ereptum valde lugeo, matre Helena e gente Klebsch, quae dilectissima ut per longum adhuc tempus incolumis mihi servetur, oro atque precor. Fidem profiteor catholicam. Primis literarum elementis in schola publica imbutus undecim annos natus in paedagogium episcopale Nissense receptus ibique tres per annos versatus sum. Deinde adii gymnasium catholicum Nissense, unde testimonio maturitatis instructus tempore auctumnali a. h. s. LIX Gryphiam me contuli et ab Ill. de Feilitzsch illo tempore fasces academicos tenente civium academicorum numero adscriptus apud Ill. Bardeleben, tunc gratiosi medicorum ordinis decanum maxime spectabilem, nomen dedi. Decem semestribus peractis domum me contuli, unde post unum semestre reversus ab Ill. Baier, Rectore magnifico civibus academicis adscriptus ab Ill. Pernice, decano maxime spectabili in medicinae studiosorum numerum receptus sum tempore paschali anni h. s. LXV.

Per undecim semestria audivi:

Ill. Münter: de botanice; de zoologia; eundem in excursionibus botanicis secutus sum.

Ill. Hünefeld: de mineralogia.

Ill. George: de logice; de psychologia; de philosophia naturali.

Ill. de Feilitzch: de physice.

Ill. Limpricht: de chemia anorganica et organica.

Ill. Schwanert: de chemia pharmaceutica; item interfui eius repetitorio de rebus chemicis.

Ill. Schultze: de angiologia et neurolgia: de anatomia comparata; de historia medicinae.

Ill. Budge: de anatomia; de physiologia; de arte cadevera rite dissecandi.

Ill. Haeser: de encyclopaedia et methodologia medicinae; de pathologia et therapia generali.

Ill. Ziemssen: de exanthematis acutis; de auscultatione et percussione; de syphilide.

Exp. Bengelsdorff: de arte formulas medicaminum rite concinnandi.

Ill. Laurer: de materia medica; de arte fascias chirurgicas rite alligandi.

Exp. Heineke: de anatomia topographica, de fracturis et luxationibus.

Exp. Schirmer: de ophthalmiatrice; idem dux mihi fuit in exercitationibus ophthalmoscopicis.

Exp. Haeckermann: de politia medica; de medicina forensi.

Ill. Grohe: de anatomia pathologica et generali et speciali; idem dux mihi fuit in exercitationibus anatomiae et histologiae pathologicae.

Ill. Pernice: de arte obstetricia; de morbis mulierum.

Ill. Rühle: de pathologia et therapia speciali; de morbis nervorum; de psychiatria.

Ill. Mosler: de auscultatione et percussione.

Ill. Bardeleben: de chirurgia generali et speciali; de akiurgia; de herniis abdominalibus; idem operationes chirurgicas in cadaveribus instituendas me docuit.

Praeterea scholis clinicis interfui chirurgicis et ophthalmiatricis Ill. Bardeleben; medicis Ill. Rühle, Ill. Mosler; obstetriciius Ill. Pernice.

Quibus omnibus viris optime de me meritis gratias quam possum maximas et hoc loco ago et nunquam non habebo.

THESES.

I.

Si quis diabeten mellitum sola reductione cupri sulphurici (reactione Trommeriana) dignoscere velit, interdum errabit.

II.

Diabetici non multum urinae secernunt, quia multum bibunt, sed multum bibunt, quia multum urinae secernunt.

III.

Amylacea diabete laborantibus non plane interdicam.

IV.

Hepar organon saccharum parans esse mihi adhuc haud exploratissimum est.

4824